



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

**VD18 13723553**

Societas Jesu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

incipit: *Etsi ad universos*: est 12. in Bull.  
comm. §. 36. & Canonicis S. Salvatoris  
per Bullam dat. 4. Non. April. 1512. In-  
cipit: *Inter ceteros*: est 30. ibid. §. 45. &  
Leo x. Camaldul. per Bullam, dat 4. Non.  
Jul. 1513. Incipit: *Etsi à summo*: est 2.  
ibid. §. 4.

*Hac facultate nullus utatur: Et si quid de  
presenti occurrat, consulatur Generalis.*



# SOCIETAS JESU.

§. I.

*Declaratur Societas mendicans.*



Societas, ejusque personæ,  
mendicantes esse declarantur  
à Pio V. pag. 37. & omnes  
qui tria vota elapso Novitia-  
tus biennio, in Societate emittunt, esse ve-  
rè Religiosos, habetur in declaratione Gre-  
gorii XIII. de qua latiùs suprà verbo *Reli-  
giosus*.

§. 2.

*Impedientes vel molestantes ingressuros*

K 3

No.

*Nostram Societatem, si habitâ notitiâ Privilegii non desistant, ipso facto excommunicantur.*

Juxta Privilegium Eugen. IV. concessum per Bullam Benedictinis, & Leonis X. Camaldulensibus, prohibitum est, nè quis, cujuscunque statûs, & conditionis, audeat venientem de seculo ad Religionem in Nostra Societate, impedire, vel alienare, vel molestare, sub pœna excommunicationis, à qua, non nisi in articulo mortis, ab alio, quàm per Sedem Apostolicam valeat absolvi: dum tamen, cum statutum eis ad notitiam deductum fuerit, à prædictis non destiterint. Bulla Eugenii est data 7. Kal. Mar. 1435. Inc. *Etsi ex debito*: & est 7. in Bull. Regul. §. 14. 15. Bulla Leonis est data 4. Non. Jul. 1513. Inc. *Etsi à summo* & est 2. in Bull. comm. §. 22. Itèm per Privilegium, contentum in Bullis, proximè citatis: & Julii II. pro Congr. S. Salvatoris: qui supradictis, vel eos recipientibus occasione prædictâ, injuriam vel molestiam irrogare præsumserint, si hujus privilegii notitiam habuerint, vel qui illud ignoraverint, postquam ad illius notitiam pervenerint, si à præmissis injuriis & violentiis non destiterint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt, a qua, præterquam in mortis ar-

uis articulo constituti, nisi à Sede Apostolica  
absolutionis beneficium nequeant obtinere.  
Bulla Julii est data 4. Non. April. 1512.  
Incipit: *Inter ceteros*: & est 30. in Bull.  
comm. §. 18.

*Facultas hac notificandi communicatur  
Superioribus. De facultate autem decla-  
randi, vide verbo Apostatae.*

Vide verbo *Commutatio*. §. 2. & 3. &  
verbo *Exemptio*. & verbo *Communicatio  
gratiarum*. Itèm & verbo *Alienatio*. §. 2.  
& alibi sæpe in hoc Compendio, sed præ-  
cipuè in dictis locis.

## §. 3.

*Potestas dimittendi.*

Potestatem dimittendi, tamquam rem  
magni momenti ad Societatis conservati-  
onem, esse omnino retinendam. Gregori-  
us XIV. Constit. pag. 98.



## SODALITAS.

## §. I.

*Indulgentia plenaria.*

Primariia Congregatio aucto-  
ritate Apostolica erigitur,  
& instituitur, cum Indulgen-  
tia plenaria pro Sodalibus in

K 4

ingres-